



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos  
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum  
Christianarum Memoria, Libri X**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Helgestadi[i], 1671**

Cap. XIX. De morte Herodis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10968**

quod, cum à quodam apparitorum oblatus esset Herodi ad martyrium, etiam ipse, qui obtulerat, poenitentia ductus, motus est, & confessus, se esse Christianum. Tunc ambo pariter ducti sunt ad supplicium. Et cum ducerentur, rogavit Iacobum in via, dari sibi remissionem. At ille, parumper deliberans, *Pax tibi*, inquit; & osculatus est eum, & ita ambo capite plexi sunt. Sed adest continuo vindex Dei dextera in præfatum Herodem.

## C A P. XIIII.

*De vindicta DEI in Herodem.*

**N**am cum postmodum apud Cæsaream, in honorem Cæsaris, spectacula faceret, arrogantissima indutus veste, mirabiliter auro & argento contexta, populis stupentibus, ex metalli radiantis fulgore: Deus subito appellatur, atque, ut fiat propitius, exoratur. Sed quia appellationem & fastum non repressit, mox percussus ab Angelo, & incredibili dolore ventris, & inflatione correptus, respiciens ad amicos: *En ego*, inquit, *Deus vester, ecce percellor confestim, & detrahor è vita.* Lucas in Actibus Apostolorum.

## C A P. XV.

*De morte Herodis.*

**D**Einde scatenus vermibus exspiravit, agens septimum regni sui annum, quatuor sub *Caligula*, tres reliquos sub *Claudio*,

CAP.